

- „Monialium Praepositae electionem turbantes. Cap. *Indemnitatibus*, §. *Postremo*, de elect. in 7.
 „Monialium Visitatores in suo munere impediētes, nisi resipiscant. Clem. *Attēdentes*, de statu Monach.
 „Montem pietatis impugnantēs Bulla 11. Leonis X. quae incipit: *Inter multiplices*.
 „Mulieres assumētes Beguinarum statum. Clem. 1. de religio. domib.
 „Mulierum raptōres. *Conc. Trid.* sess. 24. cap. 6. de ref. matrim.

N.

- „Notariorum Officiis a Camera Apostolica venditis, vel vendendis, se intromittentes, aut vexantes Notarios ea ementes. Bulla 83. Pii IV. quae incipit: *Superna providentia*.
 „Nuncii alique Ministri Pontificis procurantes a Principibus, ad quos missi sunt, favores, ac dignitates pro se, vel consanguineis a Papa obtinendas. Bulla 96. Pii IV. quae incipit: *Et si Romanum Pontificem*.

O.

- „Officiales mortuo Pontifice non observantes praescripta in cap. *Ubi periculum*, §. *Propterea*, de elect. in 6.
 „Officium praesulatus in Ecclesiis usurpantes. Cap. *Quoniam in plerisque*, de offic. Judic. ordin.
 „Officii S. inquisitionis ministros vexantes. Bulla 82. Pii V. quae incipit: *Si de protegendis*.
 „Ordinationes factas a schismaticis exercentes. Cap. *Quod a praedecessore nostro*, de schismat.

P.

- „Papae de vita, vel morte divinantes. Bulla 113. Urbani VIII. quae incipit: *Inscrutabilis*.
 „Papae nondum coronati litteras impugnantēs. Extrav. ultim. de sent. excomm.
 „Parochi, et Religiosi Germaniae non servantes inter se concordiam statutam. Extrav. *Vices illius*, de tregua, et pace.
 „Poenas in statu ecclesiastico non applicantes Camerae Apostolicae. Bulla 43. Pii IV. quae incipit: *Decet Romanum Pontificem*.
 „Poenitentiariae officiales se intromittentes in expeditionibus prohibitis in Bulla 53. Pii IV. quae incipit: *In sublimi*.
 „Praelati Regulares ingredientēs secunda vice eodem anno in Monasteria Sanctimonialium sine praesentia Episcopi, vel alterius Ecclesiastici Saecularis ab eodem deputandi. Bulla 156. Alexandri VII. quae incipit: *Felici*.
 „Presbyteri accedentes ad audiendas leges, vel medicinam in scholis publicis. Cap. *Super specula*, de Cler. vel Monach.
 „Praesulatus Officium in Ecclesiis usurpantes. Cap. *Quoniam in plerisque*, de offic. Judicis ord.

R.

- „Raptōres foeminarum. *Conc. Trid.* sess. 24. c. 6. de reform. matrim.
 „Regaliae, seu custodiae titulum in locis piis sibi usurpantes. Cap. *Generali*, de elect. in 6.
 „Religiosi dimittentes habitum. *Ut periculosa*, ne Clerici, vel Monach. in 6.
 „Religiosi decimas usurpantes, vel earum solutionem impediētes, si non habeant administrationem, vel officium (cum tunc solam suspensionem incurrant) dummodo dederint satisfactionem condignam (cum alias excommunicatio sit reservata). Clem. *Religiosi*, de decimis.
 „Religiosi a decimarum solutione retrahentes, vel negligentes suadere earum solutionem suis poenitentibus, eosque absolventes. Clem. *Cupientes*, de poenis.
 „Religiosi exeuntes de claustris ad audiendas leges, vel medicinam, eosque docentes, vel in scholis retinentes. Cap. *Non magnopere*, et cap. *Super specula*, ne Cleric. vel Monach.
 „Religiosi et Parochi Germaniae non servantes concordiam inter se statutam. Extrav. *Vices illius*, de tregua et pace.
 „Religiosi mendicantes sine licentia Papae novas domos acquirentes, vel alienantes. Clem. *Cupientes*, de poenis.
 „Religiosi non servantes interdictum locale generale, vel cessationem a divinis. Clem. *Ex frequentibus*, de sent. excomm.

- „Religionis ad ingressum cogentes, vel retrahentes foeminas. *Conc. Trid.* sess. 25. c. 18. de regularib.
 „Religionis, vel Reipublicae Christianae de statu divinantes. Bulla 113. Urbani VIII. quae incipit: *Inscrutabilis*.
 „Repressalias concedentes, aut extendentes contra Ecclesiasticos. Cap. unico, de injuriis in 6.

S.

- „Sacerdos celebrans sine stola. Can. *Ecclesiastica*, dist. 23.
 „Schismatici ordinationi consentientes, vel ab eo recipientes beneficium, aut rem ecclesiasticam, eamque retinentes. Cap. 2. de schismat.
 „Scholis legum, vel medicinae admittentes, aut in eis retinentes Religiosos, qui habitum dimiserunt. Cap. *Ut periculosa*, ne Cler. vel Monach. in 6.
 „Scholares, vel Magistri Bononiae conducentes alienum hospitium infra tempus conductionis sine licentia inquilinorum. Cap. *Ex rescripto*, de locato, et conducto.
 „Sedis Apostolicae de statu divinantes. Bulla 113. Urbani VIII. quae incipit: *Inscrutabilis*.
 „Sepelientes in loco sacro haereticos, eorumque fautores, dummodo eos exhumarint, cum alias excommunicatio sit reservata. Cap. *Quicumque*, de haeretic. in 6.
 „Sepelientes tempore interdicti in loco sacro sepeliri prohibitos, vel sepelientes excommunicatos, interdictos, et usurarios (dummodo praestita sit satisfactio ad arbitrium Episcopi, cum alias excommunicatio sit reservata). Clement. 1. de sepultur.
 „Sequestrationem ab Ordinario faciendam impediētes (dummodo impedimentum sit amotum, vel fructus restituti, cum alias excommunicatio sit reservata). Clement. *Ad compescendas*, de sequestr.
 „Statuta libertatis ecclesiasticae laesiva retinentes, vel ea ex libris non delentes, dummodo iis non utantur. Cap. *Nos vertit*, de sent. excomm.

T.

- „Taurorum ludos extra Hispaniam exercentes. Bulla 48. Pii V. quae incipit: *De salute*.
 „Testimonii causam fingentes, ut iudex mulieris examinandae domum accedat. *Mulieris*, de judic. in 6.

U.

- „Usurarios publicos sepelientes in loco sacro, si non sit praestita satisfactio. Clement. 1. de sepultur.
 „Usurariis alienigenis Clerici locantes domos, aut commoditatem praestantes, vel eos non ejicientes infra tres menses (nisi sint Episcopi, cum hi incurrant solam suspensionem). Cap. *Usurarum*, de usuris in 6.
 „Usuris officiales communitatum faventes. Clement. *Ex gravi*, de usuris.

V.

- „Visitatores Monialium in suo munere impediētes, si moniti non resipiscant. Clement. *Attēdentes*, de statu Monach.

SUSPENSIONES

- Ab officio, vel beneficio latae absolute, vel ad tempus, quae absolute, vel infra tempus, antequam per se ipsa cessent,

Papae reservantur.

A.

- „Abbatēs alienantes bona Monasterii interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et si infra sex menses non resipuerint, suspenduntur ab administratione Monasterii in spiritualibus ac temporalibus. Praelatus vero inferior excommunicatur, ac privatur beneficio. Extrav. *Ambitiosae*, de rebus Eccl. non alienand.
 „Abbatēs concedentes dimissorias sibi non subditis suspenduntur per annum ab officio, et beneficio. *Concil. Trid.* sess. 23. cap. 10. de reform.
 „Alienationi bonorum Ecclesiae Episcopi, vel Delegati a Papa consentientes suspenduntur per annum ab executione officii. Bulla 2. Pauli II. quae incipit: *Cum in omnibus*.

„Apostatae a Religione recipientes ordinem sacrum in apostasia suspenduntur ab
„ejus executione. Cap. *Consultationi*, de Apostat.

B.

„Beneficia ad ecclesiastica eligentes auctoritate laica suspenduntur ab officii et
„beneficiis, consentiens vero electioni de se factae suspenditur a beneficio. Cap.
„*Quisquis*, de elect.

„Beneficia conferentes contra formam praescriptam suspenduntur a collatione, re-
„cipientes suspenduntur a beneficiis. Bulla 58. Pii V. quae incipit: *Quanta*, §. 6.

„Beneficiis privantes eos, qui pro suis negotiis commorantur in Romana Curia,
„suspenduntur ab officio et beneficio. Extrav. *Divina*, de privileg.

„Beneficiorum vacantium redditus usurpantes incurrunt suspensionem ab officio
„et beneficio, donec restituant. Cap. *Praesenti*, de offic. in 6.

„Beneficiati utentes sine justa causa veste laicali suspenduntur per sex menses
„a beneficio. Clement. 3. *Quoniam*, de vita, et honest. Cler.

„Beneficiato electo opponens aliquid, nec probans suspenditur a beneficio per tri-
„ennium. Cap. *Statuimus*, §. *Adjicientes*, de elect. in 6.

„Bigamum ordinans suspenditur per annum a celebratione Missae. Can. *Nullus*
„*poenitentem*, dist. 55.

C.

„Capitula simoniam committentia suspenduntur. Extrav. 1. et 2. de simon.

„Censuram ferens sine debita solemnitate incurrit per mensem interdictum ab in-
„gressu Ecclesiae, et suspensionem a divinis. Cap. *Cum medicinalis*, de sent. ex-
„comm. in 9.

„Clerici non denunciante Praelatos submittentis bona Ecclesiae laicis suspen-
„duntur per triennium a beneficiis in Ecclesia obtentis. Cap. *Hoc consultissimo*,
„de rebus Eccles. non alienand. in 6.

„Compromissarius eligens indignum ad Episcopatum suspenditur per triennium a
„beneficiis. Cap. *Si compromissarius*, de elect. in 6.

„Conceptionem B. Virginis fuisse in peccato originali defendentes, et contrariam
„sententiam impugnantes suspenduntur a divinis. Bulla 14. Pii V. quae incipit:
„*Super speculam*.

„Conjugatis conferentes primam tonsuram extra casus permissos suspenduntur
„per annum a collatione primae tonsurae. Cap. *Nullus Episcopus*, de tempor. or-
„dinat. in 6.

„Conservatores extendentes ultra limites suam potestatem suspenduntur per an-
„num ab officio. Cap. *Hae constitutione*, de Offic. Judic. in 6.

„Conventus simoniam committentes suspenduntur. Extrav. 1. et 2. de simon.

D.

„Decimas usurpantes Religiosi, vel earum solutionem impediendo, si intra men-
„sem non satisfecerint, suspenduntur ab officiis, beneficiis, atque admini-
„strationibus, quae si non habent, incurrunt excommunicationem Papae reser-
„vatam. Clement. 1. de decim.

„Delegati a Papa consentientes alienationi bonorum Ecclesiae suspenduntur per
„annum ab executione officii. Bulla 2. Pauli II. quae incipit: *Cum in omnibus*.

„Doctoratum, vel magisterium conferentes, nec exigentes circa expensas juramen-
„tum a promovendis, suspenduntur per sex menses a collatione doctoratus, vel
„magisterii. Clem. *Cum sit*, de magistris.

E.

„Ecclesiae bona Sede vacante occupantes suspenduntur ab officio, et beneficio,
„donec restituant. Cap. *Quia saepe*, de elect. in 6.

„Electionem, postulationem, vel aliam provisionem Ecclesiastici impugnantes, nec
„probantes suspenduntur per triennium a beneficiis. Cap. *Statuimus*, §. *qui vero*,
„de elect. in 6.

„Eligentes Episcopum non habentem annos 30. vel illegitimum, vel vita, et scien-
„tia non commendabilem, suspenduntur per triennium a beneficiis. Cap. *Cum in*
„*cunctis*, §. *Clerici*, de elect. in 6.

„Eligentes Episcopum, nec praesentantes electionem infra octo dies dum commode
„possunt, suspenduntur per triennium a beneficiis in ea Ecclesia obtentis. Cap.
„*Cupientes*, §. *Si vero*, de elect. in 6.

„Episcopi alienantes bona Ecclesiae incurrunt interdictum ab ejus ingressu, et si
„infra sex menses non resipuerint, suspenduntur ab administratione Ecclesiae
„in spiritualibus, et temporalibus. Inferiores vero Episcopis, et Abbatibus pri-
„vantur beneficiis. Extrav. *Ambitiosae*, de rebus Eccles. non alienand.

„Episcopi consentientes alienationi bonorum Ecclesiae suspenduntur per annum
„ab executione officii. Bulla 2. Pauli II. quae incipit: *Cum in omnibus*.

„Episcopi expedientes pecunias Montis Pietatis praeter usus destinatos incurrunt
„suspensionem. Bulla 82. Pauli V. quae incipit: *Onerosa pastoralis*.

„Episcopi indulgentias publicantes, vel concedentes facultatem absolvendi a reser-
„vatis ob quaestum, interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a per-
„ceptione fructuum. Bulla 99. Pii V. quae incipit: *Quam plen*.

„Episcopi non accedentes per se, vel per alios ad limina Apostolorum temporibus
„statutis, interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur ab ejus admini-
„stratione, ac beneficiis. Bulla 15. Sixti V. quae incipit: *Romanus Pontifex*, §. 8.

„Episcopi ordinantes. Vide litt. O.

„Episcopi non applicantes fructus beneficiorum vacantium juxta Extrav. Joannis
„XXII. interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a Pontificalibus,
„donec restituant. Extrav. *Suscepti regiminis*.

„Episcopi non publicantes Dioecesanis acta Concilii Provincialis suspenduntur ab
„officio per duos menses. Can. *Decernimus*, dist. 18.

„Episcopi non procedentes contra suspectos de haeresi suspenduntur ab officio
„per triennium. Clem. 1. §. *Verum*, de haetic.

„Episcopi non corrigentes simoniacos in sacramentis suspenduntur ab officio per
„duos menses. Can. *Quidquid* 1. q. 1.

„Episcopi relaxantes incendiariis poenas suspenduntur ab officio per annum. Can.
„*Pessimam* 23. q. 8.

„Excommunicationis sententiam ferentes absque praevia competenti admonitione
„interdicuntur per mensem ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a divinis.
„Cap. *Sacro*, de sent. excom.

I.

„Incendiariis relaxantes poenas Episcopi suspenduntur ab officio per annum. Can.
„*Pessimam* 23. q. 8.

„Indulgentias, vel facultatem absolvendi a reservatis concedentes Episcopi ob
„quaestum, interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a perceptione
„fructuum. Bulla 99. Pii V. quae incipit: *Quam plenum*.

„Judices ecclesiastici injuste gravantes partem suspenduntur per annum ab exe-
„cutione officii. Cap. *Cum aeterni*, de sent. et de re judic. in 6.

„Juramentum non exigentes circa expensas a promovendis ad doctoratum, vel
„magisterium, suspenduntur per sex menses a collatione doctoratus, vel ma-
„gisterii. Clem. *Cum sit*, de magistris.

M.

„Magisterium, vel doctoratum conferentes, nec exigentes circa expensas juramen-
„tum a promovendis, suspenduntur per sex menses a collatione magisterii, vel
„doctoratus. Clem. *Cum sit*, de magistris.

„Matrimonium post contractum, ordinem sacrum recipiens est semper ab eo sus-
„pensus, nisi ingrediatur Religionem. Extrav. Joan. XXII. *Antiquae*, de voto.

„Monachi incumbentes venationi clamorosae, si sunt superiores, suspenduntur
„per biennium a collatione beneficiorum; si subditi, suspenduntur per biennium
„ab administratione; quam si non habent, tam ad ipsam, quam ad beneficium
„ecclesiasticum per biennium redduntur inhabiles. Clem. 1. §. *Si quis autem*, de
„statu monach.

„Monachi nigri non utentes vestibus praescriptis, si sunt superiores, suspenduntur
„per annum a beneficiorum collatione; si sunt subditi, suspenduntur ab admini-
„stratione; quam si non habent, tam ad ipsam, quam ad beneficium eccle-
„siasticum redduntur inhabiles. Clem. 1. §. *Si quis autem*, de statu Monach.

„Montis pietatis pecunias expedientes Episcopi praeter usus destinatos suspen-
„duntur absolute. Bulla 82. Pauli V. quae incipit: *Onerosa pastoralis*.

„Munera recipientes in Visitatione Ecclesiarum, si sunt Episcopi, interdicuntur
„ab ingressu Ecclesiae; si sunt inferiores suspenduntur ab officio, et beneficio,
„nisi infra mensem restituant duplum. Cap. *Exigit*, de censibus in 6.

- „Oblationes ab usurario recipiens suspenditur ab executione officii, donec satisfiat ad arbitrium Episcopi. Cap. *Quia in omnibus*, de usuris.
- „Ordinans bigamum, aut publice poenitentem incurrit suspensionem per annum a celebratione Missae. Can. *Nullus poenitentem*, dist. 55.
- „Ordinans cum pacto, ut ordinatus ab eo non petat alimenta in defectu beneficii, vel patrimonii, suspenditur per triennium a collatione ordinum. Cap. *Si quis ordinaverit*, de simonia.
- „Ordinans externum praetensum sibi subditum ex praetextu beneficii statim conferendi, vel ad titulum beneficii, quod non sufficiat pro sustentatione, suspenditur per annum ab administratione ordinum. Bulla 44. Innocentii XII. quae incipit: *Speculatores*.
- „Ordinans, seu consecrans electum ad Episcopatum non praemissa inquisitione de appellatione interposita ad Sedem Apostolicam, suspenditur per annum a consecratione Episcoporum. Cap. *Provida*, de elect. in 6.
- „Ordinans ficto patrimonio etiam Religiosum non professum suspenditur per annum a collatione ordinum. Bulla 75. Pii V. quae incipit: *Romanus Pontifex*.
- „Ordinans infantem, vel illitteratum, vel conjugatum, vel non subditum suspenditur per annum a collatione Ordinum (Conc. *Trid.* sess. 23. cap. 8. de reform.); et si ipsi confert primam tonsuram, suspenditur per annum ab ejusdem collatione. Cap. *Nullus Episcopus*, de tempor. ordinat. in 6.
- „Ordinans in aliena Dioecesi sine licentia Ordinarii suspenditur per annum a Pontificalibus. Conc. *Trid.* sess. 14. can. 2. de reform.
- „Ordinans in propria Dioecesi non subditum suspenditur per annum ab administratione ordinum. Conc. *Trid.* sess. 24. cap. 8. de reform.
- „Ordinans in propria Dioecesi sibi subditum, qui alibi moratus est adultus sine litteris testimonialibus Ordinarii loci, in quo moratus est, incurrit suspensionem per annum ab administratione ordinum. Bulla 44. Innocentii XII. quae incipit: *Speculatores*.
- „Ordinans in Italia Ultramontanum cum litteris dimissoriis sui Ordinarii, sed non approbatis a nuntio regionis, vel non recognitis in Urbe a Vicario Papae, incurrit suspensionem per annum a Pontificalibus. Bulla 33. Urbani VIII. quae incipit: *Secretis*.
- „Ordinans invitum incurrit suspensionem per annum a celebratione Missae. Can. *Episcopus*, dist. 4.
- „Ordinans Religiosum non professum solemniter (excepto Religioso e Societate Jesu) incurrit suspensionem per annum a collatione ordinum, quos contulit. Bulla 72. Pii V. quae incipit: *Romanus Pontifex*.
- „Ordinans simoniace, etiamsi conferat solam primam tonsuram, suspenditur ab executione omnium ordinum, munerum Pontificalium, et ab ingressu Ecclesiae; et si se ingerat, vel non absteat, suspenditur etiam ab administratione Ecclesiae, et a perceptione omnium fructuum. Bulla 91. Sixti V. quae incipit: *Sanctum ac salutare*.
- „Ordinans eodem die, vel duobus immediatis eundem in duobus ordinibus sacris, suspenditur a collatione utriusque ordinis. Cap. *Litteras*, de temp. ordinat.
- „Ordinatus per saltum, si scienter in ordine sic suscepto ministravit, suspenditur ab eo. Conc. *Trid.* sess. 23. c. 14. de reform. in fine.
- „Ordinatus sine ullo titulo quando pactum fecit cum ordinante, vel praestante non petendi aliquid pro sustentatione in defectu beneficii, vel patrimonii, suspenditur ab exercitio ordinis. Can. *Neminem*, dist. 70. Concil. *Trid.* sess. 21. cap. 2. de reform.
- „Ordinem furtive suscipiens (quando contra hoc facientes non erat lata excommunicatio Papae reservata) suspenditur ab ordine suscepto. Cap. 1. *Veniens ad nos*, de eo, qui ordin. furtive suscep.
- „Ordinem sacrum recipiens post matrimonium contractum suspenditur ab eo, donec ingrediatur Religionem. Extrav. Joan. XXII. *Antiquae*, de voto.
- „Ordinem recipiens in excommunicatione suspenditur ab ejus executione. Cap. *Cum illorum*, de sent. excomm.
- „Ordinem scienter recipiens ab excommunicato, suspensio, interdicto, vitando, simoniaco, haeretico, vel schismatico; suspenditur ab eo. Cap. 1. et 2. de schismat. Can. 1. et sequentibus 9. q. 1., et Can. *Daibertum* 1. q. 7.
- „Ordinem simoniace recipiens suspenditur ab eo Extrav. 4. et 2. de simon.

- „Ordines sacros scienter recipiens ab Episcopo, qui Episcopali dignitati renunciat, suspenditur ab eorum executione. Cap. *Requisitis*, de ordinat. ab Episcop.
- „Ordines sacros plures eodem die, vel duobus immediatis recipiens, suspenditur ab eorum executione; conferens vero a collatione. Cap. *Litteras*, de temp. ordinat.
- „Ordines recipiens sede vacante per dimissorias infra annum acceptas a Vicario Capitulari, quando non arctatur occasione beneficii recepti, vel recipiendi: si est in minoribus, non gaudet privilegio clericali, et si est in majoribus, suspenditur ab executione ordinum ab beneplacitum futuri Praelati: Conc. *Trid.* sess. 6. cap. 10. de reform.
- „Ordines recipiens Romae sine licentia Vicarii, vel extra Romam etiam cum dimissoriis sui Ordinarii, si ratione originis, beneficii, aut domicilii ad Urbem pertinet, vel est de sex Episcopatibus prope Urbem, in quibus non sunt suffraganei, suspenditur ab executione ordinum. Ubi vero sunt suffraganei, qui ordinatur in sacris sine litteris testimonialibus Romae habitis, ipse suspenditur ab executione ordinum, et suffraganeus suspenditur per annum ab exercitio Pontificalium. Bulla 129. Alexand. VII. quae incipit: *Apostolica sollicitudo*.
- P.**
- „Praelati accedentes ad Ecclesias, et suscipientes administrationem sine Litteris Apostolicis suspenduntur a perceptione fructuum, et recipientes suspenduntur a beneficiis. Extrav. *Injunctae*, de elect.
- „Praelati non procedentes contra suspectos, vel diffamatos de haeresi suspenduntur per triennium ab officiis. Clement. 2. §. *Verum*, de haeret.
- „Praelati non servantes beneficio vacante Constitutionem Joannis XXII. suspenduntur a Pontificalibus, et ab ingressu Ecclesiae, donec restituant. Extrav. *Suscepti regimini*.
- „Praelati, eorumque commissarii privantes beneficiis eos, qui pro suis negotiis commorantur in Romana Curia, suspenduntur ab officio, ac beneficio. Extrav. *Divina*, privil.
- „Praelati procurantes capi Ecclesiasticos, ut renuncient beneficiis, vel ut citati non accedant ad curiam, vel ne statuto tempore comparere valeant, suspenduntur per triennium a beneficiis: inferiores vero, et qui se capi procurant, sunt beneficiis privati. Clement. *Multorum*, de poenis.
- „Praelati subjicientes laicis bona, ac jura Ecclesiarum suspenduntur ab officio, et administratione. Cap. *Hoc consultissimo*, de rebus Eccles. non alienand. in 6.
- R.**
- „Regulares Praelati aliquid recipientes ob excessus a suis religiosis commissos suspenduntur ab officio, ac beneficio, si infra mensem non restituant, et remanent suspensi, donec satisfaciant. Clem. 1. §. *Quibus*, de priv.
- „Religiosi admittentes ad professionem novitios non completo probationis anno suspenduntur a receptione ad professionem. Cap. *Non solum*, et cap. *Constitutionem*, de regularib. in 6.
- „Religiosi apostatae suscipientes ordinem sacrum in apostasia suspenduntur ab ejus executione. Cap. *Consultationi*, de apostat.
- „Religiosi concedentes ad longum tempus administrationem bonorum monasterii suspenduntur ab officio. Clement. 1. de rebus Eccl. non alienand.
- „Religiosi ejecti remanent suspensi ab exercitio ordinum. Decret. Congreg. Card. relat. a Con. de cens. in particulari, disp. 3. q. 8. punct. 12. n. 1.
- „Religiosi suos poenitentes non admonentes de onere solvendi decimas, postquam de hac obligatione fuerunt moniti a Rectoribus Ecclesiarum, suspenduntur ab officio praedicandi, donec admoneant. Clem. *Cupientes*, de poenit.
- „Religiosi usurpantes decimas, vel earum solutionem impediennes suspenduntur ab officiis, beneficiis, et administrationibus; quae si non habent, incurrunt, antequam satisfaciant, excommunicationem Papae reservatam. Clement. 1. de decimis.
- „Resignationem beneficiorum admittentes contra formam praescriptam in Bulla Pii V. suspenduntur a collatione, confirmatione, praesentatione, vel institutione, quae ipsis competit. Bulla 58. Pii V. quae incipit: *Quanta Eccles.* §. 6.
- S.**
- „Sacerdos celebrans, nec communicans suspenditur per annum a participatione corporis, et sanguinis Domini. Can. *Relatum*, de consecr. dist. 2.

- „Sede vacante bona Ecclesiae Cathedralis occupantes, vel dissipantes suspenduntur ab officiis ac beneficiis, donec restituant. Cap. *Quia saepe contingit*, de elect. in 6.
 „Sepelientes usurarium publicum in loco sacro suspenduntur ab officio, donec satisfaciant ad arbitrium Episcopi. Cap. *Quia in omnibus*, de usuris.
 „Simoniam committentes Conventus, et Capitula suspenduntur absolute. Extrav. 1. de simon.
 „Simoniaci ordinati suspenduntur ab ordine. Extrav. 2. de simonia.

V.

- „Visitatores inferiores Episcopis (cum hi incurrant interdictum ab ingressu Ecclesiae) suspenduntur ab officio, ac beneficio, si occasione visitationis aliquid recipiant praeter victualia, donec duplum restituant. Cap. *Exigit*, de censibus in 6.
 „Ultramontanus recipiens in Italia ordines sine dimissoriis in forma debita suspenditur ab executione. Cap. 1. *Saepe contingit*, de temp. ordinat. in 6.
 „Usurarii oblationes recipiens, vel ejus corpus sepeliens in loco sacro suspenditur ab officio, donec satisfaciat ad arbitrium Episcopi. Cap. *Quia in omnibus*, de usuris.
 „Usurpantes aliquid ex redditibus Ecclesiarum vacantium (nisi sint Episcopi, cum hi subiciantur interdicto ab ingressu Ecclesiae) incurunt suspensionem ab officio ac beneficio, donec restituant. Cap. *Praesenti*, de offic. ordinari. in 6.

SUSPENSIONES

Latae sententiae, non reservatae.

C.

- „Clausuram Monialium Superiores sine justa causa intrantes pro secunda vice suspenduntur a Pontificalibus, cum pro prima incurrant interdictum ab ingressu Ecclesiae, et pro tertia excommunicationem. Declaratio Bullae 28. Gregorii XIII. quae incipit: *Dubiis*, §. 2.

E.

- „Ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis gravans incurrit suspensionem absolute. Cap. *Si quorundam*, de solutionib.
 „Episcopus exercens Pontificalia in aliena dioecesi sine licentia Ordinarii suspenditur ab executione ordinum. *Conc. Trid.* sess. 6. cap. 5. de reform.
 „Episcopus ordinans Religiosum sine licentia Superioris suspenditur a communione aliorum Episcoporum. Can. *Si quis de alterius*, dist. 58.
 „Episcopi alieni ordinationem recipiens sine licentia proprii suspenditur ab executione ordinis suscepti. *Conc. Trid.* sess. 23. cap. 8. de reform.
 „Episcopi locantes domos, aut commoditatem praestantes usurariis alienigenis, vel eos non ejicientes infra tres menses suspenduntur absolute. Cap. *Usurar.*, de usur. in 6.
 „Aetatem ante legitimam, vel extra tempora ordinati suspenduntur ab executione ordinis sic suscepti. Bulla Pii II. quae incipit: *Cum ex sacrorum*.

G.

- „Graecus subjectus Episcopo Latino, qui sine ejus licentia ordinatur ab Episcopo Graeco, incurrit suspensionem ab exercitio ordinis recepti, Cap. *Quead translationem*, de tempor. ord.

I.

- „Interstitiis non servatis ordinem furtive recipiens (quando contra hoc facientes lata non erat excommunicatio) suspenditur ab ordine sic recepto. Cap. 1. *Veniens ad nos*, de eo qui ordin. furt. suscept.
 „Juramentum emittentes de retinendo schismate suspenduntur ab ordinibus, et dignitatibus. Cap. 1. de schismat.

M.

- „Matrimonio jungens, vel benedicens sponso alterius parochiae sine licentia proprii Parochi suspenditur absolute. *Conc. Trid.* sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.

- „Missae celebrationem inchoatam omittens sine causa gravi suspenditur a receptione corporis, et sanguinis Domini Can. *Nullus Episcopus*, de consecr. dist. 1.
 „Monialium clausuram Episcopi intrantes sine causa justa pro secunda vice suspenduntur a Pontificalibus, cum pro prima incurrant interdictum ab ingressu Ecclesiae, et pro tertia excommunicationem. Declarat. Bulla 28. Greg. XIII. quae incipit: *Dubiis*, §. 2.
 „Monialium Praefecta non admonens Episcopum de instante professione novitiarum incurrit suspensionem ab officio. *Conc. Trid.* sess. 25. cap. 17. de regular.

O.

- „Oblationes recipiens ab usurario, quando satisfacit ad arbitrium Episcopi, potest ab ipso absolvi a suspensione officii. Cap. *Quia in omnibus* de usur.
 „Ordinem furtive recipiens (quando contra hoc facientes non erat lata excommunicatio) incurrit suspensionem ab ordine sic recepto. Cap. 1. *Veniens ad nos*, de eo qui ordin. furtive suscep.
 „Ordinem recipiens ante legitimam aetatem, vel extra tempora, vel sine dimissoriis suspenditur ab ejus executione. Bulla 7. Pii II. quae incipit: *Cum ex sacrorum*.
 „Ordinem recipiens ab alieno Episcopo sine licentia proprii Ordinarii suspenditur ab executione ordinis suscepti. *Conc. Trid.* sess. 23. cap. 8. de reform.
 „Ordinem recipiens a proprio Episcopo extra dioecesim sine licentia Ordinarii suspenditur ab ejus executione. *Conc. Trid.* sess. 6. cap. 5. de reform.
 „Ordines minores, vel etiam sacros, sed ignoranter recipiens ab eo, qui Episcopali dignitati renunciavit, suspenditur ab eorum executione. Cap. 1. *Requisivit*, de ordin. ab Episc. qui etc.
 „Ordinatus sine ullo titulo, dummodo pactum non fecerit cum ordinante, vel praesentante non petendi aliquid pro sustentatione in defectu beneficii, vel patrimonii (cum tunc suspensio sit Papae reservata, ex c. *Si quis ordinaverit*, de simon.) incurrit suspensionem ab exercitio ordinis. Can. *Neminem*, dist. 70. *Conc. Trid.* sess. 21. cap. 2. de reform.
 „Ordinatus per saltum, dummodo in ordine sic suscepto non ministraverit (cum tunc suspensio sit Papae reservata) incurrit suspensionem ab ordine sic suscepto. *Conc. Trid.* sess. 23. cap. 14. de reform.
 „Ordinatus sede vacante dimissoriis infra annum acceptis a Vicario Capitulari, quando non arctatur occasione beneficii recepti, vel recipiendi, si est in minoribus, non gaudet privilegio clericali, et si est in majoribus, suspenditur ab eorum executione, a qua suspensione ante electionem Episcopi non potest absolvi nisi a Papa, post ejus electionem potest absolvi ab Episcopo. *Conc. Trid.* sess. 7. c. 10. de ref.
 „Ordinatus ficto patrimonio, vel sine dimissoriis suspenditur ab executione ordinum. Cap. *Tuae litterae*, de Cler. per saltum promoti: cap. *Innotuit*, de eo qui ordin. furtive suscep.; et Bulla 75. Pii V. quae incipit: *Romanus Pontifex*.

P.

- „Praelati Episcopi ingredientibus sine necessitate monasteria Monialium pro secunda vice suspenduntur a Pontificalibus (cum pro prima incurrant interdictum ab ingressu Ecclesiae, et pro tertia excommunicationem). Declaratio Bullae 28. Greg. XIII. quae incipit: *Dubiis*, §. 2.
 „Praelati Regulares concedentes bona monasterii ad longum tempus suspenduntur ab officio. Clem. 1. de rebus Eccl. non alienand.

R.

- „Religiosi introducetes mulieres in monasteria suspenduntur a divinis, et beneficiis privantur, ad quae etiam redduntur inhabiles. Bulla 20. Pii V. quae incipit: *Regularium*, §. 4.

S.

- „Sacerdos non perficiens absque causa gravi Missam inchoatam, suspenditur a susceptione corporis, et sanguinis Domini. Can. *Nullus Episcopus*, de consecr. dist. 1.
 „Schismate de retinendo juramentum emittentes suspenduntur ab ordinibus, et dignitatibus. Cap. 1. de schismat.
 „Sepeliens in loco sacro usurarium, quando ad arbitrium Episcopi satisfecit, potest ab eo absolvi a suspensione officii. Cap. *Quia in omnibus*, de usur.